



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

2 Poena non est, nisi secundum legem, infligenda. Excommuncatio solam
laedit animam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

pto damnis illatis , aut , ne in futurum infē
rantur , procedi possit : Et quia supra alibi
pluribus egi de excommunicatione , quæ
contra peccatores infligitur , in hac quæ
stione pluribus fundamentis , & argumen
tis pro utraque parte factis , partem affir
mativam pro damnis , quæ hujusmodi
animalia inferre possent evitandis , tenuit
Cassanæus in amplijs . ejus consilio primo su
per hac questione facta in quinque partes di
visio pricipue in 5 . parte à num . 80 . usque in
fin . Ego autem ad præcedentia continuando ,
ejus opinionem minimè veram esse ex
istimo rationibus infra scriptis .

2. Primiō enim † pœna nūquām infligī
debet , nīsi per legem imposta reperiatur ,
gloss 2 . in cap . 1 . de jur . patr . gloss . in sum . in
fin . 15 . quest . 8 . Felya . in cap . & si clerici ,
numer . 12 . in fin . de judic . & in terminis
Cassan . post plures per ipsum allegatos in
dict . conf . 1 . par . 5 . num . 45 . Pœna autem
excommunicationis solam animam , non s
corpus afficit . cap . si habes , 24 . quest . 3 . &
cap . si quis presbyterorum , de reb . Eccles .
non alien . nīsi per quaadām consequenti
tiam . Quapropter est medicinalis , ut cap .
multi , § . nos verò & ibi Archid . num . 8 . 2 .
quest . 1 . cap . 1 . de sentent . excommun . in 6 .
gloss . fin . in cap . notandum , 24 . quest . 3 .
Abb . in cap . non dubium , num . 8 . de sent .
tent . excommu . Gemin . num . 5 . eodem tit .
& Lazari can . quest . specl . 1 . quest . 3 .
num . 1 .

3. Ideo in hominem , † non autem in irra
tionalia , infligitur , cap . omnis Christianos ,
11 . quest . 3 . cap . 1 . & 9 : de offic . deleg . dict .
cap . 1 . de sent . excommun . in 6 . & conc .
Trident , in cap . 3 . de resor . fess . 25 . & quod
excommunicatio in rem inanimatam fer
ri non possit , Felynus in cap . eam te ,

numer . 14 . ver . secunda declaratio , de
rescript . & Abb . in eod . cap . 1 . &
9 . numer . 4 .

Segundò , † pœna excommunicationis
non infligitur , nīsi pro peccato mortali ,
cap . nemo Episcoporum , & ibi Archid . 11 .
quest . 3 . & Navar . in cap . 27 . num . 9 . & 76 .
sed irrationalia , ut sunt locusta , vermes ,
brucus , ærugo , mures , ceteraque id genus
terræ frugibus undequaque infesta inani
mata peccare non possunt ; cum usu ratio
nis careant : quod simile videmus in infan
te , & furioso , qui ex eo , quod delinquere
non possint , cùm rationis sint expertes ,
nulla in eos promulgari potest excommuni
cationis sententia . Abb . in cap . ab excom
municatio , numer . 7 . de rescript . Et , cùm
nullibi caveatur , quod similia animalia
possint excommunicari , in illa contra le
gum dispositionem excommunicatio non
est extendenda ,

Inīo † irrationalibus maledicere in
quantum sunt creaturæ Dei , est peccatum
blasphemiarum ; maledicere autem eis , secun
dum se consideratis , est otiosum , & va
num , & per consequens illicitum , ita in
quit Sanctus Thomas 2 . 2 . quest . 76 . art .
2 . in corpore proprie finem , D Gregor . in 4 .
moral . lib . 4 . cap . 3 . paulò post princip . Card .
Tolet . in instruct . sacerd . cap . 13 . circ . fin .
ver . uno modo , ubi , inquit , considerando ,
ut creaturæ sunt Dei , † Quod hoc casu il
lis maledicere est peccatum mortale . Non
autem , nīsi justo Dei iudicio , & permis
sione , ad fructuum devastationem dicta
animalia deveniunt . Nam cùm hujusmo
di in mira multitudine , cuius non sit nu
merus , non segetes modò , & vineas , sed
& arbores ipsas infestent , & destruant ,
his homines affliguntur suppliciis , his pos
sus ,